CC BY NC SA

exhalare. *uerb. tr., intr.* **FORMA** EUTYCH. primae ... coniugationis ... halo halas. **ETYM** ex, halare. **DLAT** exhalatio. **DROM** *cast.* jalear *'uerbis gestibusque in gaudium incitare'; cat.* xalarse *'bene agere cum gaudio', mall.* xalest *'gaudium'; it.* scialacquare *'largiri',* asolare *'libero aere frui'.* [**FREQ** media **116** indicia **7** /d.c.m. 220-130 PACUV] *uocabulum scriptis litterariis omne genus praeter lyricos aptum, pro rata parte praecipue satiricis; uersu pro rata parte usitatius quam prosa, usibus mediis et praesertim doctis; necnon technicis historiae naturali medicinaeque pertinentibus inuenitur; inde a principiis apparet usque ad Antiquitatis finem.*

VARIATIO		indicia	p/d.c.m. subc.
OPERUM	argumentalis	45	6,2
	dramatica	1	2,2
	exponens	21	7,1
	narratiua	46	8,5
	satirica	3	16
DIACHRONICA	III-II aec.	2	5
	I aec.	12	4,3
	I-II ec.	36	9,3
	III-V ec.	66	7
DIAPHASICA	docta	37	18
	media	79	5,7
DIASTRATICA	litteraria	96	7
	technica	20	7,2
MODUS	prosa	78	5,4
	uersu	38	19

¶ **a1** *flatum e se emittere - exhalar un soplo de aire* [**HYPER** flare[a] **DOM** aura, flatus, fumidus, nebula, nubes, uapor] 220-130 PACUV Trag 363. terra exhalat auram. 70 LUCR 5.463. exhalant ... lacus nebulam. 37-29 VERG Georg 2.217. quae tenuem exhalat nebulam fumosque uolucris. 2-8 OV Met 4.434. Styx nebulas exhalat iners. 62-65 LUCAN 5.84. uidit Paean ... uentos ... loquaces exhalare solum. 79 PLIN Nat 2.208. scrobes mortiferum spiritum exhalantes. 80-90 STAT Theb 10.108. exhalant uestes et corpore pigro strata calent. 92 SIL 12.137. Stygios exhalat in aera flatus. 220 MIN FEL 5.7. exhalatis terrae uaporibus nebulas semper adolescere. 400 EUSTATH Basil 875.b. humectata tellus ... uapores exhalat largissimos. 430 MART CAP 3.261. H contractis paululum faucibus uentus exhalat. 📖 SERV Aen 1.404. SPIRAUERE exhalauerunt. EUTYCH. halo halas, significans spiro. **GLOSS** 2.64.51. exhalantem ἐκφυσῶντα, ἐκπνέοντα. 4.234.1. spirat. **GRAM** *acc. adu.* 350 SOL 40.1. hic mons nocturnis aestibus fumidum exhalat. **GRAM** in + *acc.* 92 SIL 6.281. exhalauit in auras liuentem nebulam. 412-427 AUG Ciu 22.20.5. in auras est exhalatum.

a2 *seu odorem, siue iucundum sit - o bien un olor, sea bueno* [**HYPER** flare[a] **SIM** →olfacere[a] **DOM** odor] 70 LUCR 2.417. ara ... Panchaeos exhalat propter odores. 380-420 PHYSIOL 24.11. quasi quemdam odorem bene olentem exhalat de ore suo. 📖 **GLOSS** 4.71.8. redolet.

siue acerbum pestiferum foetidum, qui usus temporibus progredientibus inualuit - o pestilente, con tendencia a ser este el valor predominante con el paso del tiempo [**DOM** mephitis] 29-19 VERG Aen 7.84. exhalat ... mephitim. 50 SEN Nat .6.28.1 pluribus Italiae locis per quaedam foramina pestilens exhalatur uapor. 330-430 HEGES 5.1.35.10. saeuam exhalat mefitim. 417-418 OROS Hist 5.4.9. cadauerum putores exhalabantur.

a3 *praecipue ructus, saepe ob crapulam et epularum redundantiam surgentes - sobre todo, eructos, motivados muchas veces por la resaca o los excesos en la comida* [**DOM** crapula] 180-103 LUCIL 3.136. exhalas tum acidos ex pectore ructus. 70 CIC Verr 2.3.28. qui nondum Aproniani conuiui crapulam exhalassent. 44-43 CIC Phil 2.30. edormi crapulam ... et exhala. 60 PERS 3.99. gutture sulpureas lente exhalante mefites. 63-65 SEN Epist 95.25. Quam foedi itaque pestilentesque ructus sunt, quantum fastidium sui exhalantibus crapulam ueterem! 430 MART CAP 3.224. *fauces* indocta rusticitate uexatae fetidos ructus uitiosi oris exhalant.

CHRIS *ob peccatorum crapulam seu daemonicolarum cultum, quae omnia cruditates erant ructus prouocantes - causado por un atragantamiento del mal pagano o por los pecados* 365 OPTAT 1.27.12. caligines, quas liuor et inuidia exhalauerat. 397-401 AUG Conf 9.21. praesenti amicae de absente inimica per acida conloquia cruditas exhalatur odiorum. 398 AUG Serm 30.290.6. Attende diuitem indigesta ructantem, crapulam exhalantem, sed superbiae, non iustitiae. 400 AUG C Faust 15.6. plena ... inebriata ... ingurgitata es fabuloso sacrilegio. Digeras aliquando quod exhalas.

b *alia, quasi e corpore ore pulmonibus, expelli potuerunt - luego se pudieron expulsar, como del interior de un cuerpo, de una boca o de unos pulmones, otras realidades* 2-8 OV Met 15.343. tellus et uiuit habetque spiramenta locis flammam exhalantia multis. 79 PLIN Nat 6.127. influit in lacum Aretissam ... nitrum nebulis exhalantem. 350 SOL 2.54. calor ... exhalatus. 400 AUG C Faust 6.6. Dei natura ... quae uestris uisceribus exhalari meruerit. 417-418 OROS Hist 5.24.12. socialis belli nebulas ... misera exhalabat Italia. **GRAM** + *dat.*

CHRIS *in recorporatione mortuorum, ea quae corpus uiuens exhalauerat a deo reuocabuntur - en la resurrección, todo aquello que el cuerpo ha desprendido durante su vida será recuperado por dios* 412-427 AUG Ciu 22.20.5. Quidquid enim carnium exhausit fames, utique in auras est exhalatum, unde diximus omnipotentem Deum posse reuocare, quod fugit. 22.20.6. Sua uero illi, quem fames exinanierat, ab eo, qui potest etiam exhalata reuocare, reddetur.

MED *calorem acriorem ob morbum exhibere - presentar fiebre* 400 CAEL AUR Diaet pass 8. senserimus ... ascendentem feruorem plurimum atque acriorem a naturali, totum per corpus exhalantem. 9. addimus ut per totum corpus ex alto atque acrior naturali plurimus exhalans feruor febrium referat signum.

c (animam) exhalare *exspirare - expirar* [**HYPER** perire[a] **SIM** →exspirare[c] **DOM** anima, lumen, lux, spiritus] 29-19 VERG Aen 2.562. regem ... crudeli uulnere uidi uitam exhalantem. 2-8 OV Met 5.62. exhalantem sub acerbo uulnere uitam deplorauit Athin. 6.247. simul suprema iacentes lumina uersarunt, animam simul exhalarunt. 63-65 SEN Epist 101.14. per stilicidia emittere animam quam semel exhalare. 92 SIL 10.153. supremam Telesinus in auras exhalat lucem et dubitantia lumina condit. 330-430 HEGES 5.5.23.6. ut ... inter *matris* manus supremum exhalaret spiritum. 390 AMM 17.7.12. animam hoc casu cruciatam diutius exhalauit. 400-430 SEDUL Op pasch 5.10.20. animam dimitteret exhalatam. 📖 **GLOSS** 4.70.18. exhalantem expirantem. 4.337.45. exhalata emittit spiritum. 4.67.18. anhelitum emittit. 4.231.5. efflauit exhalauit.

CHRIS *animam deo tradere - entregar el alma a dios* 210-213 TERT Anim 55.3. animam exhalabis in caelum. 370-420 HIER Epist 3.77.11. Necdum spiritum exhalauerat, necdum debitam Christo reddiderat animam.

d1 *euaporari siue euanescere, et aqua et ira - evaporarse o desaparecer el agua o las pasiones* [**HYPER** mutare[a] **SIM** →euaporare] 37 VARRO Rus 2.35. Reliquae pastiones hiberno ac uerno tempore hoc mutant, quod pruina iam exhalata propellunt in pabulum. 384-440 MACR Sat 7.7.39. exhalata aqua ... remanet uini sola natura. 390 AMM 14.9.3. occultis Constantium litteris edocebat inplorans subsidia, quorum metu tumor notissimus Caesaris exhalaret.

d2 *siue humiditatem perdere uel siccari - o perder la humedad o secarse* [**HYPER** mutare[a] **SIM** →siccare[a]] 79 PLIN Nat 33.65. aes ... exhalatur igni.